

30 scriptis:

- Inter^{yy}) quos primus est contra divinitatem. Dicunt enim, credunt et tenent, quod deus sit formaliter omne quod est. Item dicunt, quod homo possit sic uniri deo, quod ipsius sit idem posse et^{zz}) velle et operari quodcumque, quod est ipsius dei. Item credunt se esse deum per naturam
 35 sine distinctione. Item quod sint in eis omnes perfectiones^a) divine, ita quod^b) dicunt se esse eternos et in eternitate. Item dicunt se omnia creasse, et plus creasse quam deus. Item quod nullo indigent, nec deo, nec deitate. Item^c) quod^d) sunt^e) inpeccabiles; unde quemcumque^f) actum peccati faciunt^g) sine peccato. Item quod sunt^h) ipsum regnum
 40 celorum. Item quod suntⁱ) etiam immutabiles^j), quod de^k) nullo gaudent^l) et de nullo turbantur; unde se ipsos nollent a quacumque morte solo verbo — si possent — liberare. Item quod debent adorari sicut^m) deus dicentes: „Vis adorare deum, adora me“. Item quod ratione huius perfectionis non tenentur orare.
- 45 Secundoⁿ) contra Christum dicunt se credere, quod quilibet homo perfectus sit Christus per naturam. Item quod Christus non est passus pro nobis, sed pro se ipso. Item quod Christi humanitas a Christo deponitur et assumitur^o) sicut corpus a dyabolo. Item^p) non exhibent reverenciam corpori^q) Christi avertendo se ab hostia consecrata, et blasphemando dicunt, quod sapiat eis^r) sicut stercus in ore. Item dicunt se
 50 credere, quod aliquis homo possit^s) transcendere meritum Christi. Item

Nicolaus-Eymericus-Überlieferung:

31 Inter — tenent] Primo (*fehlt SJ*) dicunt, tenent et credunt 32 dicunt] *fehlt* 35 Item] Item dicunt (*außer SJ*); ita] Item 37 creasse (2)] *fehlt*
 39 peccati] *fehlt* (*außer SJ*); quod] quod ipsi 40 etiam immutabiles] immutabiles ita 42 solo verbo si possent] si possent solo verbo; quod] quod ipsi
 43 Vis] Si vis 44 huius] huiusmodi 45 Secundo — credere] Dicunt 46 est passus pro nobis] sit pro nobis passus 47 a Christo] ab ipso 48 deponitur et assumitur] assumitur et deponitur 50 se credere] et credunt

yy) Überschrift: Contra divinitatem mit folgender Numerierung der „Irrtümer“ von 1—11 W (am Rand); Primus error est (fehlt Na) contra divinitatem HF1.2DASJGNa; Primus error V zz) fehlt SJ a) perfectione S, perfectionis B b) fehlt SJN c) folgt dicunt F2 d) tenent quod ipsi sint statt quod sunt SJ e) sit N f) quemcumque G g) folgt faciunt F1 h) sint SJ i) fehlt NB, sint SJ j) Glosse: in nona rupe W (= Heinrich von Sachsen) k) fehlt de nullo gaudent et S l) gaudio dent J m) ut N n) Überschrift: Contra Christum mit folgender Numerierung der „Irrtümer“ von 1—7 W (am Rand); Secundus error est (fehlt SJ) contra Christum HF1.2DASJGNa o) assumuntur F1, sumitur F2 p) folgt quod V q) corpore N r) fehlt eis — (Z. 53) liber S s) potest NBGNa